



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

IV. De accusatione Sixti episcopi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

CAP. III.

Exiens autem & Sextus episcopus, venit ad Valentianum Augustum, & cœpit rogare eum de ingenuitate Epiphanii, tantum ut chirographo Augusti munitus, per ecclesiam vindicaretur. Et cœpit studiose, sicut decet semper, subleuare grauatos. Iratus autem Marinianus, de his quæ supradicta sunt, venit ad Bassum, dicens, quasi de malitia Sixti episcopi, & quod per Petrum audierat seruum episcopi Sixti, eo quod consecratam Chrysogōtem stuprasset.

CAP. IV.

Consilio inito cœperunt ambo accusare eum apud Augustum Valentianum, ita ut accenderetur Augustus vel mater eius furore, & suspenderunt se abinuicem a communione. Sextus autem episcopus vrbis Romæ, sciens omnia quæ de eo ad Augustum intimabantur, & quia a communione multus populus Romanus se irrigerat, venit in basilicam beati Petri apostoli, & fecit quasi suprascriptum verbum, & per Leonem diaconum populo enarrabat, dicens: Si delicta mea contra me sunt semper, probatio quare non? & cœpit

CAP. III.

Exiens autem Sextus episcopus, venit ad Valentianum episcopum, & cœpit rogare eum de ingenuitate Epiphanii, tantum ut chirographo Augusti munitus per ecclesiam vindicaretur. Et cœpit studiose, sicut decet ecclesiam semper, subleuare gratis. Iratus autem Marinianus, de quo supradicta sunt, venit ad Bassum, dicens quasi de malitia Sixti episcopi, & quod per Petrum audierat seruum episcopi Sixti, quod consecratam Chrysogonitem stuprasset.

CAP. IV.

Consilio inito, cœperunt ambo accusare eum Valentianum Augusto, ita ut accenderetur Augustus vel mater eius furore, & suspenderunt se abinuicem a communione. Sextus autem episcopus vrbis Romæ, sciens omnia quæ de eo ad Augustum intimabantur, & quia a communione multus populus Romanus erigerat, venit in basilicam B. Petri apostoli, & fecit quasi suprascriptum verbum, & per Leonem diaconum populo enarrabat, dicens: Sic delicta mea contra me sunt semper, probatio quare non fit? Et cœpit omnis urbana plebs

ANNO CHRISTI 435. pit omnis plebs urbana clamare, vt dicta eius Augustus vel clerus vrbis probaret examine.

probaret examine.

CAP. V.

Auditio hoc, Augustus Valentinianus dixit: Pia petitio. Iussit fieri secundum dicta, & rogauit vniuersum senatum vrbis Romæ. Et Sixtus episcopus rogauit presbyteros vrbis Romæ, vel clerum, nam & monasteria seruorum Dei, & federunt in uno conflietu in basilica Heleniana, quod dicitur sessorium, & cœpit studiose clamans dicere ad Augustum: Intrent qui separauerunt filium a matre ecclesia, & corroborent vniuersa velamina cordis mei. Augustus autem Valentinianus tacebat. Respondit Leo diaconus, & dixit: Iusta petitio. Non abscondatur. Erant enim ibi patricii & consules isti: Paterius exconsul, Anatolius exconsul, ipse Bassus exconsul, & Marinianus patricius, Albinus patricius, Sigisbodus patricius, Honoratus patricius, &c.

Presbyteri autem vrbis Romæ omnes quadraginta octo, diacones quinque. Introiuit enim Epiphanius presbyter, & dixit cum lacrymis: Fiat probatio, vt

Concil. Tom. 7.

clamare, vt dicta eius Augustus vel clerus vrbis Romæ baret examine.

CAP. V.

Auditio hoc, Augustus Valentinianus dixit: Pia petitio. Et iussit fieri secundum dicta. Et rogauit vniuersum senatum vrbis Romæ. Et Sixtus episcopus rogauit presbyteros vrbis Romæ, & clerum, nam & monasteria seruorum Dei. Et federunt in uno conflietu in basilica Heleniana quæ dicitur censorium. Et cœpit studiose clamans dicere ad Augustum: Intrent qui separauerunt filium a matre ecclesia, vt corroborent vniuersa velamina cordis mei. Augustus autem Valentinianus tacebat. Respondit Leo diaconus, & dixit: Iusta petitio non abscondatur. Erant ibi patricii & consules isti: Paterius exconsul, Anatolius exconsul, ipse Bassus exconsul, & Marinianus patricius, Albinus patricius, Sigisbodus patricius, Honoratus patricius, &c.

Presbyteri autem vrbis Romæ omnes quadraginta nouem. Introiuit enim Epiphanius presbyter, & dixit cum lacrymis: Fiat probatio, vt ecclesia non ma-

C